

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium ah  
cum fontibus primis

Tempore beneficia magna sunt;

beneficium est unus in fame panis;

beneficium est arentibus siti

monstrare fontem.

Tempore quaedam magna fiunt,  
non summa: beneficium est donata possessio,  
cuius fertilitas laxare possit annonam,  
beneficium est unus in fame panis;  
beneficium est donare regiones,  
per quas magna flumina et nauigabilia decurrant,  
beneficium est arentibus siti  
et uix spiritum per siccas fauces ducentibus  
monstrare fontem.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 3.8.3  
(F. Préchac ed., vol.1, p.68).

Eo animo quidque debetur quo datur,  
nec quantum sit  
sed a quali uoluntate perpenditur.

Eo animo quidque debetur quo datur,  
nec quantum sit  
sed a quali profectum uoluntate perpenditur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 81.6 (L. Reynolds ed., vol.1, p.265,  
ll.6-8).

Maius enim aut minus fit, quamuis idem sit  
tempore, loco, causa.

Sapiens omnia inter se comparabit;  
maius enim aut minus fit, quamuis idem sit,  
tempore, loco, causa.

Ibidem (Seneca I. de beneficiis).

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 81.14 (L. Reynolds ed., vol.1, p.267,  
ll.5-6).